

1 Arionem, quia arte citharae potens erat, rex Pyranthus Corinthius dilexit. **2** Arion a rege petiit, ut sibi liceret artem suam per civitates illustrare. **3** Cum id a rege impetravisset et magnum patrimonium acquisisset, navem conscendit. **4** Tum consenserunt famuli cum nautis, ut eum interficerent. **5** Apollo Arioni in quietem venit eique dixit, ut ornato suo et corona decantaret et eis se traderet, qui ei praesidio venissent. **6** Cum famuli et nautae Arionem studerent interfi cere, petivit ab eis, ut ante decantaret. **7** Cum autem citharae sonus et vox eius audiretur, delphini circa navem venerunt. **8** Eis visis ille se in mare praecipitavit et delphini eum sublatum advexerunt Corinthum ad regem Pyranthum. **9** Cum ad terram egressus esset, cupidus viae delphinum in mare non propulit, qui ibi exanimatus est. **10** Cum casus suos Pyrantho narravisset, iussit Pyranthus delphinum sepeliri et ei monumentum construi.

11 Paulo post nuntiatum est Pyrantho navem, in qua Arion vectatus erat, Corinthum adpulsam esse tempestate. **12** Cum Pyranthus nautas perducere ad se iussisset et de Arione inquireret, dixerunt eum mortuum esse et se eum sepulturae tradidisse. **13** Rex iis respondit: „Crastino die ad delphini monumentum iurabitis.“ **14** Ob id factum eos custodiri iussit atque Arionem iussit ita ornatum, quomodo se in mare praecipitaverat, in monumento delphini mane delitescere. **15** Cum autem rex eos adduxisset iussissetque eos per delphini manes iurare Arionem mortuum esse, Arion e monumento excessit. **16** Illi stupentes obmutuerunt. **17** Rex eos iussit ad delphini monumentum crucifigi. **18** Apollo autem propter artem citharae Arionem et delphinum in astris posuit.

1 Aríóna, protože ovládal (=byl mocný ohledně) umění hry na kitharu, si oblíbil král Pyranthus Korintský. **2** Aríón krále požádal, aby mu dovolil ukázat své umění ve městech. **3** Když toho od krále dosáhl a získal velké jmění, nastoupil na loď. **4** Tu se shodli služebníci s námořníky na tom, že jej zabijí. **5** Apollon k Aríónovi přišel ve spánku a řekl mu, aby oděm do jeho (tj. Apollónových) šatů a koruny zazpíval a vydal se těm, kteří mu přijdou na pomoc. **6** Když se služebníci a námořníci snažili Aríóna zabít, požádal je, aby mohl nejprve zazpívat. **7** Když však bylo slyšet zvuk kithary a jeho hlas, sešli se v okolí lodi delfíni. **8** Když je spatřil, vrhl se do moře a delfíni jej vyzvedli a odvezli do Korintu ke králi Pyranthovi. **9** Když vstoupil na zem, v touze vydat se na cestu nevrátil (nesvrhl zpět) do moře delfína, který na tom místě (=ibi) zemřel. **10** Když svůj příběh odvyprávěl Pyranthovi, přikázal Pyranthus delfína pohřbít a zbudovat mu náhrobek.

11 Po krátkém čase bylo Pyranthovi oznámeno, že loď, ve které byl Aríón odvezen, přihnala bouře do Korintu. **12** Když Pyranthus přikázal předvést námořníky k sobě a ptal se jich na Aríóna, řekli, že (Aríón) zemřel a oni jej pohřbili (=se eum sepulturae tradidisse). **13** Král jim odpověděl: „Zítرا (=crastino die) to odpřísáhnete u náhrobku delfína.“ **14** Kvůli tomu (=aby se tak stalo) je přikázal hlídat a Aríónovi přikázal, aby se oblékl tak, jako když se vrhl do moře, a aby se ráno ukryl v delfínově náhrobku. **15** Když je král přivedl a přikázal jim, aby na delfínovu mrtvolu (=na delfínovy podsvětní duchy) přísahali, že Aríón zemřel, Aríón vystoupil z náhrobku. **16** Oni v úžase oněmňeli. **17** Král přikázal, aby byli ukřižováni u delfínova náhrobku. **18** Apollón kvůli umění hry na kitharu Aríóna a delfína umístil mezi souhvězdí.